MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS

Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

oblationem servitutis nostre. Sed et cuncte
familie tue quesumus domine ut placatus
accipias diesque nostros in tua pace dispo-
nas atque ab eterna dampnatione nos
eripi, et in electorum tuorum iubeas grege
numerari. Per xpistum dominum nostrum. Quam ob-
lationem tu deus in omnibus quesumus, Bene-
+dictam, Ascrip+tam, Ra+tam ra-
cionabilem acceptabilemque facere digneris
ut nobis cor+pus et san+guis fiat
dilectissimi filij tui domini nostri ihesu cristi.
Qui pridie quam pateretur accepit panem
in sanctas ac venerabiles manus suas et
elevatis oculis in celum ad te deum patrem suum
omnipotentem tibi gratias agens, Bene+dix-
it fregit dedit discipulis suis dicens. Ac-
cipite et manducate ex hoc omnes. Hoc
est enim corpus meum. Similimodo post